

EASTER SUNDAY

[Errors? help@extraordinaryform.org](mailto:help@extraordinaryform.org)

Throughout this paschal week the Roman Liturgy is entirely absorbed by two great thoughts, that of the Resurrection of Our Lord and that of the Baptism of the neophytes. These are, as it were, two mysteries which mutually complete and explain each other. Each is a symbol of the other; the one is the prototype, the other the antitype; but neither can be understood if considered by itself, for the regeneration of souls to the life of grace through the sacrament of Baptism, after a spiritual manner which yet is full of reality, is a new Resurrection of Christ in His Mystical Body.

INTROIT Psalms 138: 18, 5, 6

Resurrexi, et adhuc tecum sum,
alleluja: posuisti super me manum
tuam, alleluja: mirabilis facta est
sciencia tua, alleluja, alleluja. (Ps. 138:
1, 2) Domine, probasti me, et
cognovisti me: tu cognovisti sessionem
meam, et resurrectionem meam.
Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto,
sicut erat in principio, et nunc, et
semper, et in saecula saeculorum.
Amen. Resurrexi, et adhuc tecum sum,
alleluja: posuisti super me manum
tuam, alleluja: mirabilis facta est
sciencia tua, alleluja, alleluja.

COLLECT

Deus, qui hodierna die per Unigenitum
tuum, aeternitatis nobis aditum, devicta
morte reserasti: vota nostra, quae
praeveniendo aspiras, etiam adjuvando
prosequere. Per eundem Dominum
nostrum Jesum Christum, Filium tuum,
qui tecum vivit et regnat in unitate
Spiritus Sancti, Deus, per omnia
saecula saeculorum.

EPISTLE 1 Corinthians 5: 7-8

Fratres: Expurgate vetus fermentum, ut
sitis nova conspersio, sicut estis azymi.
Etenim Pascha nostrum immolatus est
Christus. Itaque epulemur: non in
fermento veteri, neque in fermento
malitiae et nequitiae: sed in azymis
sinceritatis et veritatis.

GRADUAL Psalms 117: 24, 1

Haec dies quam fecit Dominus:
exultemus et laetemur in ea.
Confitemini Domino, quoniam bonus:
quoniam in saeculum misericordia ejus.
Alleluja, alleluja. (1 Cor 5: 7) Pascha
nostrum immolatus est Christus.

SEQUENCE:

Victimae paschali laudes immolent
Christiani.
Agnus redemit oves:
Christus innocens Patri reconciliavit
peccatores.
Mors et vita duello confluxere mirando:

Dux vitae mortuus, regnat vivus.

Dic nobis, Maria, quid vidisti in via?

Sepulchrum Christi viventis: et gloriam
vidi resurgentis,
Angelicos testes, sudarium et vestes.

Surrexit Christus spes mea: praecedet
vos in Galilaeam.

Scimus Christum surrexisse a mortuis
vere: tu nobis, victor Rex, miserere.
Amen. Alleluja.

GOSPEL Mark 16: 1-7

In illo tempore, Maria Magdalene, et
Maria Jacobi, et Salome, emerunt
aromata ut venientes ungerent Jesum,
Et valde mane una sabbatorum,
veniunt ad monumentum, orto jam sole.
Et dicebant ad invicem: Quis revolvat
nobis lapidem ab ostio monumenti? Et
respicentes vidērunt revolutum
lapidem. Erat quippe magnus valde. Et
introeuntes in monumentum viderunt
juvenem sedentem in dextris,
coopertum stola candida, et
obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite
expavescere: Jesum quaeritis
Nazarenum, crucifixum: surrexit, non
est hic, ecce locus ubi posuerunt eum.
Sed ite, dicite discipulis ejus, et Petro,
quia praecedit vos in Galilaeam: ibi eum
videbitis, sicut dixit vobis.

OFFERTORY Psalms 75: 9,10

Terra tremuit et quievit, dum resurgeret
in iudicio Deus, alleluja.

SECRET

Suscipe, quaesumus, Domine, preces
populi tui cum oblationibus hostiarum:
ut paschalibus initiata mysteriis, ad
aeternitatis nobis medelam, te
operante, proficiant. Per Dominum
nostrum Jesum Christum, Filium tuum,
qui tecum vivit et regnat in unitate
Spiritus Sancti, Deus, per omnia
saecula saeculorum.

PREFACE FOR EASTER

Vere dignum et justum est, aequum et
salutare, Te quidem, Domine, omni
tempore, sed in hac potissimum die,
gloriosius praedicare, cum Pascha
nostrum immolatus est Christus. Ipse
enim verus est Agnus, qui abstulit
peccata mundi. Qui mortem nostram
moriendo destruxit, et vitam
resurgendo reparavit. Et ideo cum
Angelis et Archangelis, cum Thronis et
Dominacionibus, cumque omni militia
caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae
cainimus sine fine dicentes:

COMMUNICANTES FOR EASTER

Communicantes, et diem
sacratissimum celebrantes
Resurrectionis Domini nostri Jesu
Christi secundum carnem: sed et
memoriam venerantes, in primis
gloriosae Virginis Mariae,
Genitricis ejusdem Dei et Domini nostri
Jesu Christi: sed et beati Joseph
ejusdem Virginis Sponsi, et beatorum
Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri
et Pauli, Andreae, Jacobi, Joannis,
Thomas, Jacobi, Philippi, Bartholomaei,
Matthaei, Simonis, et Thaddaei: Lini,
Cleti, Clementis, Xysti, Corneli,
Cypriani, Laurentii, Chrysogoni,
Joannis et Pauli, Cosmae et Damiani: et
omnium Sanctorum tuorum; quos, ut in
meritis, precibusque concedas, ut in
omnibus protectionis tuae muniamur
auxilio. Per eundem Christum
Dominum nostrum. Amen.

HANC IGITUR FOR EASTER

Hanc igitur oblationem serviliter
nostrae, sed et cunctae familiae tuae,
quam tibi offerimus pro his quosque,
quos regenerare dignatus es ex aqua,
et Spiritu Sancto, tribuens eis
remissionem omnium peccatorum,
quaesumus, Domine, ut placatus
accipias: diisque nostros in tua pace
disponas, atque ab aeterna damnatione
nos eripi, et in electorum tuorum iubeas
grege numerari: Per Christum
Dominum nostrum. Amen.

COMMUNION 1 Corinthians 5: 7-8

Pascha nostrum immolatus est
Christus, alleluja: itaque epulemur in
azymis sinceritatis et veritatis, alleluja,
alleluja, alleluja.

POSTCOMMUNION

Spiritum nobis, Dominus, tuae caritatis
infunde: ut quos sacramentis
paschalibus satiasti, tua facias pietate
concordes. Per Dominum nostrum
Jesum Christum, Filium tuum, qui
tecum vivit et regnat in unitate
Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula
saeculorum.

I arose and am still with thee, alleluia:
Thou hast laid Thy hand upon me,
alleluia; Thy knowledge is become
wonderful, alleluia, alleluia. (Ps. 138: 1,
2) Lord, Thou hast searched me, and
known me; Thou knowest my sitting
down and my rising up. Glory be to the
Father and to the Son and to the Holy
Spirit, as it was in the beginning, is
now, and ever shall be, world without
end. Amen. I arose and am still with
thee, alleluia: Thou hast laid Thy hand
upon me, alleluia; Thy knowledge is
become wonderful, alleluia, alleluia.

O God, who on this day, through Thine
only-begotten Son, hast conquered
death, and thrown open to us the gate
of everlasting life, give effect by Thine
aid to our desires, which Thou dost
anticipate and inspire. Through the
same Jesus Christ, Thy Son, our Lord,
Who lives and reigns with Thee in the
unity of the Holy Spirit, God, forever
and ever.

Brethren, purge out the old leaven, that
you may be a new paste, as you are
unleavened: for Christ our Pasch is
sacrificed. Therefore let us feast, not
with the old leaven, nor with the leaven
of malice and wickedness, but with the
unleavened bread of sincerity and
truth.

This is the day which the Lord hath
made: let us rejoice and be glad in it.
Give praise unto the Lord, for He is
good: for His mercy endureth for ever.
Alleluia, alleluia. (1 Cor. 5: 7) Christ
our Pasch is immolated.

Christians! to the Paschal Victim offer
your praises.
The Lamb the sheep redeemeth:
Christ, sinless, reconcileth sinners to
the Father.
Death and life contended in that
conflict stupendous:
The Prince of Life, Who died, reigneth
alive.

Speak to us, Mary, what thou sawest
on your way?
"The tomb of Christ who now liveth:
and likewise the glory of the Risen.
Angels attesting, the shroud and
napkin resting.
Christ my hope is arisen: to Galilee He
goeth before you."

We know that Christ is risen truly from
the dead: have mercy on us, Thou
Victor King. Amen. Alleluia.

At that time, Mary Magdalen, and Mary
the mother of James, and Salome
brought sweet spices, that coming they
might anoint Jesus. And very early in
the morning, the first day of the week,
they came to the sepulcher, the sun
being now risen. And they said one to
another: Who shall roll us back the
stone from the door of the sepulcher?
And looking back, they saw the stone
rolled back. For it was very great. And
entering into the sepulcher, they saw a
young man sitting on the right side,
clothed with a white robe, and they
were astonished. Who saith to them:
Be not affrighted; ye seek Jesus of
Nazareth, who was crucified: He is
risen. He is not here; behold the place
where they laid Him. But go, tell His
disciples, and Peter, that He goeth
before you into Galilee: there you shall
see Him, as He told you.

The earth trembled and was still when
God arose in judgment. alleluia.

We beseech Thee, O Lord, accept the
prayers of Thy people together with the
Sacrifice they offer, that what has been
begun by the Paschal Mysteries, by
Thy working may profit us unto eternal
healing. Through our Lord Jesus
Christ, Thy Son, Who lives and reigns
with Thee in the unity of the Holy Spirit,
God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for
our salvation, certainly at all times to
proclaim Thee, O Lord, but above all
on this day more gloriously, when
Christ our Pasch was sacrificed. For
He is the true Lamb Who hath taken
away the sins of the world: Who by
dying hath destroyed our death: and by
rising again hath restored us to life.
And therefore with Angels and
Archangels, with Thrones and
Dominations, and with all the hosts of
the heavenly army, we sing the hymn
of Thy glory, evermore saying:

Communicating, and keeping the most
holy day of the Resurrection of our
Lord Jesus Christ according to the
flesh and also reverencing the memory,
first, of the glorious Mary, ever Virgin,
Mother of the same our God and Lord
Jesus Christ: as also of blessed
Joseph, Spouse of the Virgin, of the
blessed Apostles and martyrs, Peter
and Paul, Andrew, James, John,
Thomas, James, Philip, Bartholomew,
Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius,
Cyprian, Lawrence, Chrysogonus,
John and Paul, Cosmas and Damian,
and of all Thy Saints, through whose
merits and prayers, grant that we may
in all things be defended by the help of
Thy protection. Through the same
Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord,
graciously to accept this oblation of our
service, as also of Thy whole family,
which we make unto Thee on behalf of
these whom Thou hast vouchsafed to
bring to a new birth by water and the
Holy Spirit, granting them remission of
all their sins:
and to dispose our days in Thy peace,
preserve us from eternal damnation,
and rank us in the number of Thine
Elect. Through the same Christ our
Lord. Amen.

Christ our Pasch is immolated, alleluia:
therefore let us feast with the
unleavened bread of sincerity and
truth, alleluia, alleluia, alleluia.

Pour forth upon us, O Lord, the spirit of
Thy love, that, by Thy loving-kindness,
thou mayest make to be of one mind
those whom Thou hast satisfied with
the Paschal Sacraments. Through the
same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who
lives and reigns with Thee in the unity
of the Holy Spirit, God, forever and
ever.